Ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationum sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis excasionibus suspensionibus fatalitatis Juris praescriptione Serverski bello Conventioneq ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Los Gumowskiego Quietat.

953

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Jacobus a Grotkow Los Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando ac eisq subjiciendo palam, libere publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Franciscum Gumowski Tribunum Tribunum Terrae Zydaczoviensis et ipsius posteros de Causa et actione Judiciaria perse Recognoscentem eidem Supranominato Generoso Tribuno Terrae Zydaczoviensis ratione non solutionis summae certae pecuniariae tum et aliarum quarumvis praetensionum in processu Causae fusius et clarius specificatarum, ad Judicium Tribunalitium Regni Lublinense seu aliud quodlibet Regni instituta et inten:

tata necnon de ipsa pœna Banitionis perpetuæ eadem in Causa obtenta et publicata atq; approbata, eiusq; publicatione et approbatione, totoq; antecedenti et Subsequenti processu ratione Suprascriptæ Summæ perducto et obtento, et in quovis puncto et gradu Iuris dependente latius præmissa in se Continente et obloquente, omnibusq; et Singulis prætensionibus ad diem hodiernam intervenientibus, ob præstitam plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti Satisfactionem Summæ Suprascriptæ quæ et quanta a b eodem Generoso Gumowski Tribuno Terræ Zydaczoviensis sibi Recognoscenti ad Solvendum provenivent realem et effectivam persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq; et absolutum facit et perpetuo pronunciat. Causam eandem et actionem Iudiciariam, tum et pœnam Banitionis perpetuæ cum eius publicatione et approbatione, totumq; antecedentem et Subsequentem processum, ac deniq; prætensiones quasvis et in genere omnes ad diem hodiernam intervenientes in toto et per omnia cassat, mortificat et annihilat sibi Suisq; posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo Silentium.

Ilnicki Ilnickiey Debet

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Stanislaus Ilnicki Iavorzowicz Nobilis olim Hvehorij Iavorzowicz filius Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; Subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit.

Quia ipse.